Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Mortalibus morientes destituimur

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

Diſtinguit amicos extremitas. Sæculi gaudia, ac terrena fælicitas, eodem quo medici modo, ægrum, quum extrema patitur, ac mediâ morte jam natat, deſerunt; quum tamen majori, quàm unquam, ſolatii ſubſidio, in iſto temporis articulo, miſero ſit opus.

Ecquid igitur futilibus iſtis adhæremus, aut inhæremus? ad Chriſtum nobis perfugium ſit, ille & cum dolor uret in lectulo, & cum mors ſæviet in agone, & cum putredo ingruet in ſepulchro, & cum juſtitia Dei exercebitur in judicio, ſuis haud dubiè affuturus eſt.

Exclamemus igitur confidenter cum regio Vate, Pſalm.73.25. Te cum habeam nil equidem moror cælum, & terram; tametſi enim corpus ac animus deficiat mihi, ac liqueſcat; tu nihilominus ſemper ſolatium ac portio mea, mi Deus.

DEs menſchens uyterſte, onderſcheydt des ſelfs vrienden. Tydelijcke vreuchden ende 'tgheluck deſes wereldts handelen met ons, ghelijck de medecijnen met de ſiecken doen, die de ſelve, alſſe beginnen te ziel-braecken, daer laten, ende gaen haers weechs: daer nochtans de arme menſche, in die gheſtalteniſſe, de meeſte hulpe ende trooſt van noode heeft.

Het welcke alſoo zijnde, wat gaet ons dan aen, om in deſe nietighe dinghen ſoo gantſch beſichlijcken te woelen? Laet ons tot den Heere Chriſtum ons toevlucht nemen, en aen hem onſen tijdt beſteden: hy, en als de pyne ons treffen ſal op ons bedde, en als de doodt over ons woeden ſal in onſe verſcheydinghe, en als de verrottinghe ons overvallen ſal in het graf, en als Godes gramſchap opbranden ſal in het oordeel, hy (ſeggh' ick) ſal de ſyne over al, en t'aller ſtont, by weſen, ende de ghewiſſe handt bieden.

Laet ons dan vrymoedelijck uytroepen, met David inden Pſalm.73.25. Wanneer ick ſlechts u hebbe, ſo en vraghe ick niet naer hemel en aerde: wanneer my oock lijf en ziele verſmachtede, ſo zijt ghy doch, God, alle tijdt mijns herten trooſt, ende mijn deel.

Auguſt. de natur. & grat.

VBi ſunt qui ambiebant currum poteſtatis? Vbi inſuperabiles imperatores? Vbi ſunt qui conventus diſponebant & feſta? Vbi equorum ſplendidi nutritores? Vbi nunc veſtes & ornamenta peregrina? Vbi jocus & lætitiæ? Vbi exercituum duces? Vbi ſatrapæ & tyranni? Nonne omnes pulvis & favilla? Nonne in paucis verſibus eorum vitæ patet memoria? Memento itaque naturæ ne extollaris.